



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Castellana Provincia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68850)

CASTELLANA
PROVINCIA



SOCIUM IN HAC PROVINCIA
octoginta quinque supra quatuor
tos. Professorum Domus una
Tyrones formandos duae. Una
sedecim. Undecim excesserunt
ta. Accesserunt ad Societatem
& quadraginta.

DOMVS ET COLLEGIUM
lisoletana.

VALLISOLETI in Professorum
quadraginta. Concionum, confessionum
qui assolet, fructus: hoc aliquanto amplior.
fere sit in populo frequenti, adiuti multi, qui
cinora fecerunt in vita, debitam eorum pariter
arbitrio in morte dederunt. complurium gratia
sarta: atque in his coniugum duorum, inter
multos iam annos ne sermo quidem mutus
serat. Templum, quod aedificatur, iam re-
vrbsq. ipsa animata, vt breui totum absoluat.

IN COLLEGIO triginta octo. aucto-
rum capacioribus classibus duabus, temploq. con-
re, quo e veteri templo res sacra translata. Prae-
ac litterarum studij in discipulis ac sodalibus
thenijs par proportione cursus. Multi ex ijs re-

religiosorum ordines complexi. Nostrum quidem, ex eo numero septem.

BVRGENSE COLLEGIVM.

IN BVRGENSI Collegio minimū triginta sex. Commentationibus spiritualibus Societatis nostrae perpoliti non pauci: nec ignobiles. Instaurata, auctaq. Sodalitas Virginis. ceterum hoc quoque profuit animorū saluti. Cæperat vnus e nostris sacerdos Quadragesima, scholasticis ad nos venientibus secundum scholas exemplum exponere e Sanctorum historia: finis sacerdoti dicendi, initium audientibus erat se verberibus cadendi: cuius rei cum fama percrebuisset indicio scholasticorū, ex Ecclesiastico Laicoq. ordine quamplurimi conuenere, vt muneris essent vtriusque participes. Hoc in genere quiddā accidit, narratu, arbitror, non iniucundum. Adolescens quiddā bona quidem indole, sed vitio atatis, procax lingua, accessit ad narrationem exempli, eo animo, vt renarrans aequalibus, daret materiam, & haberet ridēdi: sed aliter cecidit. vt enim audiuit, commotus est animo, & vt vidit flagella distribui, ipse quoque vnum postulauit, & grauiter se increpans, a se ipse pœnas exegit leuitatis suae. ita ex exploratore factus transfuga, nullum reliquit postea diem, quin semper veniret. Hæc videlicet in vrbe: etsi datum est etiam ali- quid extra urbem finitimorum commodis oppidorū. In vno iam recepta est, corpus, aliquot in hebdomada diebus, verberantium consuetudo. quod cum primo

F f est

est factum, ut propter nouitatem admirabilem
 propter pietatem utile quamplurimis fuit. Quod
 multorum ira: et, quod magnam letitiam attulit
 ego, viri vnus, qui quam uxorem in carcere
 iusserat iam iamq. morte puniendam, eam ex
 e vinculis, consortem bonorum omnium ac
 antea, domum recepit. Hanc Missionem, quam
 giferam esse constiterat, roganibus oppidani
 ti placuit. Tum vero, super alia, procurata
 aureorum millium eleemosyna, ad res maxime
 plo eius oppidi necessarias, aliquid etiam
 Cœnobio virginum. Cōstitutus præterea
 vorum cœtus, qui certis se astrinxerunt legibus
 bus Beatissimam Dei Parentem præcipue
 Altera etiam suscepta Missio, qua cum præ
 torum collegisset inuidiam, deinceps tam
 patientia atque industria fructus quam maxime
 lit. Tertia denique, ut alias pro tempore
 multiplici hominū reconciliatione insignis
 ad sacram suppellectilem nostri templi, præ
 ad reliquiarum spectat ornamentum, non
 sit. nam duodecim signa, Crucemq. vnâ
 mus, in quibus Sanctorum reliquia reposita
 runt populi religionem.

COLLEGIVM. ABVLENSIS

IN COLLEGIO ABVLENSIS
 ta sex. Hoc in Collegio quæ a nostris ad
 ciones, cohortationes, pauperum subleuationes

tiones carceris, spirituales, litterariasq. exercitatio-
 nes: quoniam praeuolant externa, consulto mitten-
 tur. etsi ea quoque, ut in trāscurfu. Duo enim paria sa-
 cerdotum vicina aliquot adierunt loca: in quibus tri-
 mestrem illi, bi bimestrem operam non sine fructu po-
 suerunt. Vno in oppido restituti in gratiam noueni-
 quater deni in altero. Subiungam vnus speciem facti.
 Qui iniuriam acceperat, veniam ab eo, qui imposue-
 rat petiturus accedebat. quod vbi hic animaduertit,
 occupāit: cumq. procūbere vellet in genua, neque fie-
 ri illud, neque ab eo sibi satisfieri passus est alter. Ita
 redintegrata statim amicitia mutuis beneficijs. locū
 aperuit. Rixabātur inter se cōiuges duo. Vir praecipue
 ira suū deuouit, & elata quidē voce, daemōi caput. il-
 lico prolabitur exanimis voce amissa. accersitur pro-
 pere sacerdos. ut venit, hominē reperit siderato simi-
 lem, truculentis oculis, frigidoq. per vniuersa mem-
 bra sudore manante. arcet omnes e cubiculo. cū solus
 esset, in iacētis frontem sacrarum reliquiarū paruam
 thecam imponit, quam ipse gestabat: simulq. IESVM
 & MARIAM inuocat: redire coepit homini
 vox cum sensu, qui etiam, ut penitus recepit animum,
 turpi illi, qua se daemōi obstrinxerat, deuotioni renū-
 tiat. Sed non defuit quodam in loco nostris materia pa-
 tientia. E bono quodam opere arrepta occasione nō-
 nulli in nostros inuehebantur: verum integra serua-
 ta est fama. cum enim quidam ex alio religiosorum
 ordine vir compertus fidei, praecipuaq. auctoritatis,
 per eos dies illac iter haberet, re cognita ita retudit
 eorum linguam, quam iniustus dolor acuerat, ut illi

Ff 2 ipse

ipsi detractores, decedentibus postea nostris
muni omnium lamentatione, vero vultu, lacrimis
non tenuerint.

COLLEGIVM. MONTIS. REGALIS.
lis, & alia quædam.

IN COLLEGIO Montis Regalis ob
ter & triginta. e quibus vnum domesticum
Et ù officijs mors abstulit clarissimum sui nitore
postea tres reddidit Deus, qui eius vicem ex
ac totidem, qui litteris operam darent: quoru
dia hic maxime efflorescunt. Confecto Philosophi
riculo septemdecim e nostris profectus sui
in magna auditorum frequentia dedere: e no
ternorum viginti sex. Nam quid dicam de
riorum schola? qua quingentorum puerorum
Strepit? expediam breui. raro e circumiacentiu
gis vllum reperias, cuius curio non ex hoc
exierit, magno vtique paganorum bono: quoru
lux quadam, vt relictis peccatorum tenebris
tudinem virtutis amplectantur, videtur obli
roqui in plerisque magna laborabatur penitenti
spiritualium. Mos namque est nostris, vt eo
tempore, quod est pœnitentiæ destinatum, prope
vicos pagosq. percursent. qua in percursatione
torum animis corporibusq. consultum. est
vicis magis constitit opera, quo ea magis
Quippe, quartum iam annum carebant partem
tamen, vt ijs accidit, quibus diuturnitas delictorum

stupescit sensum, ne requirebant quidem. sic ut in
 uno, quia intermissus mos audiendi sacra, ut ex tanto
 interuallo rem desuetam usurparent, fuerint iure cō-
 pellendi in quo etiā recōciliati sunt pater filiusq. quo-
 rum usque eo progressa erat ira pertinacia, ut al-
 ter alteri, ubicumque facti essent obuij, denuntiavit
 pugnam & cadem. ergo in his omnibus pagis audita
 fere omnium confessiones, ac prouisum in posterum
 tempus, ne quid simile paterentur.

SALMANTICAE ad quinquaginta sex.
 Duorum iacturam, duodecim cooptatio pensavit. Scho-
 larum progressio maior quam superioribus annis.
 Theologiae certe e Gymnasio, quamquam nuper laxa-
 to, amplius quinquaginta exclusi manent pro limine,
 auditioni intenti, caliq. iniurijs obnoxij. Nihil inter-
 missa. consuetudo ter hebdomadis singulis proferen-
 di in templo aliquid e Piorum historia imitabile. cui
 adijcitur flagellorum usurpatio. Ceterum Episcopi,
 omniumq. urbis Magistratum, magna erga nos, nec
 uero inanis beneuolentia.

MEDINENSE Collegium Domum Pro-
 bationis coniunctam habet. In hoc omnino triginta.
 Totidem pacificationes, & plus eo consecuta. Duo e
 morte erepti, qua luere debebant maleficia: ijs uideli-
 cet placatis, a quibus capitis accersebantur. Tradita
 multis exercitia. et quoniam erant plerique Eccle-
 siastici, permutata horum uiuendi ratio eo fuit uti-
 lior, quo eorum ad plures cura pertinebat. Nec mi-
 nus adiuti qui in carcere detinebatur. ad hos cum ha-
 beretur sermo, excipit eum Maumetanus quidam,

Ff 3 qui

qui erat in custodia: eoq. ita allectus est, & paulatim priuata allocutione nostrorum, ut eam religionem nõ abnueret. ut melius instituta facta in Collegium veniendi potestas: vnde statim templum maximum processit sollemni pontificatus: ibi impertiuit eum Baptismo Abbas (hic tunc Ecclesiasticæ rei caput) mox eadem frequentatus, vnde discesserat. E scholis aliquot in religiosorum ordines: duo in nostrum ingressi, etiam opis allatum est vicinis pagis. et Quædam in vno instituti quidem omnes, sed præcipue ci, quibus abundat: y sunt circiter quinquaginta, niam vero laboriosum est hominum genus, diem occupatam operam habent, sub cuius lis conciuicula habebatur ad exeuntes: sub ad redeuntes ab opere: enarrabatur exemplum quod, quo maxime homines capiuntur e vita, magno conuētu etiam mulierum, atque fructu. Introductus frequēs Sacramentorum quotidianus recitandi Rosarij. Dissensiones prædraginta in ijs compositæ.

VILLAGARSIAE quoque cum est Probationis Domus. omnes sunt numero ginta. Maior quotidie scholasticorum numero centi quinquaginta. inter quos introductus verberandi corporis post auditum exemplum ad hoc oppidani aliquot Clericiq. similiter accedunt. Fundatricis nostræ Magdalene. Vltimæ tiffimæ feminae liberalitas, quæ numquam accipit Domus adificationem promouet in dies magis

im innouata meliore parte vtimur, vetere deiecta. Tres expeditiones susceptæ ex hoc oppido. Vna in oppidum, & incolarū numero, & institorum conuentus emporium maxime nobile, Riuum Siccum appellant. Huc ciuium vocatu venerunt nostri ad Quadragessimam: sed discessus dilatus ad Pentecosten, magna cum vtilitate ciuium, & gratulatione familiarum aliquot religiosarum, quas habuerunt in eodem munere collaborantes. Altera, in ciuitatem quamdam, ad quā multos ante annos nemini nostrum aditus patuerat. Molestè hoc ferre principio ciues, peruulgata fama, aduentus nostrorum causam eam esse, vt explorarēt locum, ubi ponerent sedem. ipsi autē multiplicari religiosorum familias inani sumptu nolebant. Sed vt exijs, quæ fieri videbant a nostris, eorum vtilitas innotuit, vltro obtulerunt locum, multaq. sunt polliciti ad Collegium extruendum, multis religiosorum ordinibus eorum consilium obnixè probantibus. Tertia denique, in quoddam castellum: vbi quod lucrum factū erat animarum, vt iisdem consilijs officijsq. conseruaretur in posterum a parochis, cautum diligenter, cum id se facturos ipsi sedulo promitterent.

SEGOBIÆ triginta. Dissidentium animi reconciliati permulti: cædes condonata: spiritualibus exercitationibus imbuti non pauci: et canobite variorum ordinum nonnulli. Scholæ, & Parthenia Congregatio, templi etiam nostri structura, quotidiana capiunt incrementa.

PALENTIÆ viginti quattuor. Hic nostri in humanioribus litteris instituuntur. Confes-

fructus mirifici. Quidam necem alteri
 moliebatur: sed tandem illo abiecto confilio
 lius cepit alterum confitendi: eamq. ob casum
 se itineri dedisset, dixit obuium sibi factum terri-
 dam aspectu atque horrido cacodemone
 imagine. Etiam ne inquit ad confessionem: his
 cum increpuiisset, per magno timore incussis
 mirantis euanuit. Hoc eodem in genere
 tuorue resipuerunt, qui cum se diabolo mancipio
 solis in locis ac desertis cum eiulatu agebant
 miseram vagamq. persequentes. Excursam
 in oppida quattuor. Confessiones generales
 mille amplius & quingenta. Pax inter Clericos
 hi constituta. Sed pagus vnus precipue
 lis, cum quo laborandum vehementer
 strum discessum a quietiore animo ferret: ita
 omnibus retinere cupiebat.

LEGIONENSE. COLLEGIUM
 & reliqua.

IN LEGIONENSI, anno postremo
 & triginta. Scholarum fructus minime sperari
 quod ad conciliandos civium animos nimum
 valet. magnam enim partem sacerdotes & clerici
 quicquid habent eruditionis ac probitatis, in
 nostro acceptum ferunt. Sodalitati Virginum
 accessit, transmissarum ab Vrbe litterarum,
 indulgentia ostendebatur, quasi igne adiecto
 in hoc Collegio, similiter atque in alijs tacita

ne satietatem afferat similitudo : hoc vno excepto. Vnus quidam erat simplex, & minime malus. duodecimum iam annum quotidie percurrendo Rosario, preces Deiparae persoluebat. narravit hic postea, ipsis quindecim, seu viginti continenter noctibus visam sibi matronam venerabili specie (Beatissimam Mariam sibi persuadet fuisse) a qua excitabatur his vocibus. Legionem contende, tuorumq. delictorum veniam a Iesuita aliquo per integram confessionem pete. nec vanum fuisse visum, interior animi motus ostendit. Tres in conterminos pagos Missiones factae. In postrema, cum quidam per calumniam migrare & patria & bonis iussus esset, nostris admittentibus, qui rem probe intellexerant, restitutus est in integrum, re maturius inspecta.

IN LOCRONIENSI ferme viginti. Solutum nostrum as alienum, quod erat aureorum sesquimille. nouem praeterea millia moriens quidam Collegio legauit. Ad relaxationem animorum & corporum salubritatem suburbana domus edificari cepta.

IN NYMANTINO ET OVETENSI viceni. Ex hoc quattuor missi sacerdotes ad lucra animarum; et vt vnū aliquid dicatur, auditi ab illis totius vitae peccata confitentes plures trecentis.

AT NYMANTIAE et priuatae dissensionis obuiam itum est, & quodammodo discordiae etiam publicae. Lustrata oppida duo. vnum quod nobis erat valde ob veterem familiaritatem addictum; alterum autem ita insensum, vt & prohiberet nostros xenodo-

xenodochio: nec cuiquam in templis, nec in plateis
 compitisue faceret concionandi potestatem: sed
 superq. se esse oppidani dicitabant sacrorum ritibus
 instruktos: nec ita deprauatos mortalium moribus,
 vt extraordinarijs correctoribus indigerent. quod
 etiam rem deferre ad Oxomensem Antistitem, cui
 auctor fuerat illius Missionis. a quo cum respectus
 non esset, vt uolebant, nostri autem, iam refrigeratis
 animis, Societatis munia exercere cœpissent, tanta
 consecuta est mutatio voluntatum, vt multa quae
 fuerit in discessu, vt abire sibi liceret, quam nuper
 accessu, vt apud eos uersari, laborandum. Ita res
 cognita habetur in pretio, quae ignorata contemta

I N P O M P E I O P O L I T A N O civi-
 tate. Confessionum omnis uitae numerus ad quinquaginta
 ascendit. Mulier una atque altera, fomesque
 que flagitiorum, ex urbe exactae. Turdelam (cuius
 urbs Nauarra) nostri obierunt: suisq. officijs
 excitarunt in omnibus studia erga Societatem.
 Archiepiscopus Tarraconensis, cuius ea est diocesis
 & Clerus, ciuitasq. uniuersa, missis saepe ad Nos
 Reuerendum Praepositum Generalem litteris, Colo-
 gium flagitēt, nec nisi re perfecta, uelint cōquiescere.

I N C O M P O S T E L L A N O sex & de-
 ginti. Hic etiam Societas per Quadragesimam
 quothebdomadis se cadentium post exemplorū
 rationem instituta. data aures confitentibus, quae
 miserant in omni uita, amplius ducentis. Nec nulli
 cohortibus, earumq. Ducibus. cum parati instruktis
 hac iter facerent, nullo modo defuimus. Concione

nes excepti: Ducesq. ipsi & antesignani, gregarij etiam non pauci non nisi post criminum confessionē communionemq. dimissi. Hac in vrbe tam bonam habent opinionem de nostris, vt si quid grauius emergat, continuo consulantur. Ceterum in toto Galæcia Regno fæda annonæ grauitas, ac prope inopia fuit. ita permulti egestate compulsi huc confluebant. Videres stipatos vicos, refertas plateas, constrata stabula mortalium corporibus, quos fame enectos, vmbra dixisses spirantium mortuorum. Huic tanto malo pro viribus subuentum, corrogata eleemosyna aureorum plus decem millium, præcipue Archiepiscopi liberalitate. valetudinaria instructa: qui illis interessent ac præessent, certi homines delecti. nostri primas sibi hoc in munere deposcebant. Duo ex illis mortui caritate feruentes. e conuenis autem pauperibus nõ pauciores trecētis. ex ijs nemo Pœnitentiæ Sacramentū, Eucharistiæ desiderauit. Nec tamen vicini pagi neglecti. Quinquies, postulante Illustrissimo Compostellano, eamq. ad rem pecuniam subministrante, ne cuiusdam graues essemus, priore anno lustrati. Rogatu etiam huius Regni Procerum ac Magistratuū in loca maritima excursus: plurimorumq. prouisus non tantum animis, sed etiam corporibus: In vno pago distributi in egenorum subsidium aurei sexcenti. ex quo uno capi exemplum de alijs potest. Mibi enim propositum est sequi illud præceptum, vt magna interim prætermittam, ne in communibus videar immorari.